Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 695

Quelle:
Copyright:

domino moderabitur. ut nec onerosus sit. nec forte diminutus, quantum sufficientię satis est. Illuxit dies romę sollemnissimus. qui magna frequentia populi celebratur. Adiungimur nos quamuis absentes corpore &c. Inter alia ad illustrandam Elenchi inscriptionem: *Qui erant et quorum filii erant. quorum saltationes recenti et prope hesterna memoria de loco sancti martyris cypriani prohibite sunt? — Apparuerunt quando prohibiti in seditionem tumuerunt.* Similia habet sanctus Doctor *Serm.* inter *editos* 311. Noster finit: *diuersis temporibus uocati sunt. sed uno tempore merces omnibus persoluitur.* Prolixus.

Sermo eiusdem habitus cartagine ad mensam beati martiris cipriani. de eius natali. Cap. XXXII. Inscriptio *fol.* 34. p. 2. *Sermo sancti aug. ep. In natali Sancti cypriani.* Init: *Sermonem a nobis debitum* &c. Edit. *Maur.* T. V. Sermo 309.

Alius eiusdem in eodem die. Cap. XXXIII. Inscriptio *fol.* 35. *Item sermo Sancti aug. ep.* Init: *Diei tam grati letique sollemnitas* &c. Edit. *Maur. T. cit.* Sermo 312.

Item eiusdem in eodem die. Cap. XXXIV. Inscriptio *fol.* 36. p. 2. *Item sermo sancti aug. ep.* Init: *Sancta sollempnitas beatissimi martyris. quę nos in nomine domini congregauit. de meritis et gloria tanti martyris exigit aliquid digne dici. Virtutibus enim eius et glorię posset forte humana lingua sufficere, si se uoluisset ipse laudare.* Finit: *Non enim aram constituimus tanquam deo cypriano. sed uero deo aram fecimus cyprianum.*

Alius eiusdem in eodem die. Cap. XXXV. Inscriptio *fol.* 37. p. 2. *Item sermo sancti aug. ep.* Init: *Psalmum cantauimus. benedictus dominus, qui non dedit nos in uenationem dentibus eorum. Donis dei debita gratulatio. benedictus dominus qui non dedit nos in uenationem dentibus eorum. Uox est certe gratulationis. et digna gratulatio. Et quando tantis donis diuinis humana sufficit gratulatio?* Finit: *Certe isti omnes aut pene omnes quorum uoces audio exultantium. filii sunt insultantium.*

Alius eiusdem in natali sanctorum martyrum Scilitanorum Sperati et sociorum eius. Cap. XXXVI. Inscriptio *fol.* 39. *Sermo sancti aug. ep. In natale sanctorum martyrum scilitanorum.* Init: *Martyres sancti. testes dei. ne uiuendo morerentur, moriendo uiuere maluerunt. ne timendo mortem negarent uitam, amando uitam contempserunt uitam. Ut negaretur christus, uitam promittebat inimicus, sed non qualem christus* &c. Finit: *ciuitas omnium martyrum. ciuitas omnium bonorum fidelium. christus ipse fundauit eam in ęternum.* In titulo Sermonis 155. T. V. meminere *Mauriani Basilicae SS. Martyrum Scillitanorum*, verum nihil ultra. *Possidius* tamen *Indic. cit.* c. 9. Sermonem nostrum adsignat.

Alius eiusdem in natali sanctorum machabeorum ubi docet quid etiam significetur in turre ędificanda et sumptibus preparandis. uel in rege qui cum decem millibus occurrit illi qui habet uiginti millia. Cap. XXXVII. Inscriptio *fol.* 40.

p.